



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibliotheca Rhetorum

In Quo Orationes Sacrae, & Panegyricae

Le Jay, Gabriel François

Ingolstadij, 1726

Facultas R. P. Provincialis Cum Privilegio Cæsareo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71028)

FACULTAS

R. P. PROVINCIALIS

Cum Privilegio Cæsareo.

Hic Franciscus Xaverius Hal-
lauer, Societatis JESU, per
Superiorem Germaniam Præ-
positus Provincialis, facta
mihi potestate ab Admodum R. Patre
Nostro Michaële Angelo Tamburino,
Societatis universæ Præposito Gene-
rali, Librum, cui Titulus: *Bibliotheca
Rhetorum, præcepta & exempla complectens,
quæ tam ad Oratoriam facultatem, quàm ad
Poëticam pertinent, Auctore P. Gab. Franc.
Le Jay, è Societate JESU, à deputatis e-
jusdem Societatis Patribus lectum,
probatumque, Typis in lucem edi per-
mitto per D. Joannem Andream de la
Haye, Ingolstadii Bibliopolam Acade-
micum, unà cum Privilegio Cæsareo,
quo Typographis & Bibliopolis omni-
bus prohibetur, ne vulgatos à Societa-
tis JESU Patribus Libros absque Supe-*

A 2 riorum

riorum consensu in eadem, aut diver-
sa lingua recudant, vel intra SacriRo-
mani Imperii fines, aut hæreditarias S.
C. Majest. Provincias importent. Fa-
cultatem hanc, de una duntaxat im-
pressione intellectam, mea manu, &
consueto officii sigillo confirmo. In-
golstadii 19. Febr. 1726.

FRANC. XAV. HALLAUER
Soc. JESU.

Latino sermone cohortentur, & ad virtutem informant.

Cæterum habet Latina Lingua, ut rebus sacris non minus, quam profanis accommodari possit. Ac licet apud priscos Latinitatis Auctores ac Parentes plurima, quæ rebus ad Dei Religionis-que cultum pertinentibus necessaria sunt, vocabula non inveniuntur, quia rudes illi Mysteriorum nostrorum & imperiti extiterunt, tamen in ipsa Romanæ Linguae copia occurrunt affatim, quæ vocum illarum sterilitati atque inopiæ medeantur.

Porro Latini sermonis mira vis est & efficacia in movendis ciendis-que affectibus, quod est præcipuum in Concionem sacra & maximè providendum. Mihi certè fructus hic laboris videbitur uberrimus, non tam si placuerit genus istud Exercitationis, quam si fuerit Christianæ Juventuti novum ad virtutem pietatè-que incitamentum.